



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XLVII. Bischof Dieterich von Brandenburg unirt die Kirche des wüsten
Dorfes Blumenthal bei Burg mit einem Altare zu Burg, am 3. Februar
1381.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

rin sonderliche Gnade: Were es, dafs sie sich getheilet und befondern rauch oder brot hetten, das soll den vorgeannten Brüdern nicht hindern an ihrer gefamten hand, an den vorgefchriebenen guthe, noch an andern ihren guthe, das sie zuvor in gefamtb gehabt haben. Des zur Uhrkunde haben wir unfer Inſiegel an dieſen Brieff laſen hangen. Darüber ſind gewefen der Ehrwürdige in Gott Vater Her Dieterich Biſchoff zu Brandenburg, der Edle Albrecht, Graff zu Lindow, die veſten Leuthe hanfs von Rochow, herman von wulkow, Ritters, Güntzel von Bertenslewen, Claus von Bismarek unfer hofmeiſter und Otto Mörner unfer hofrichter und andere erbahre leuthe genug. Gegeben zu Berlin, nach Chriſti geburth tauſend Jahr, dryhundert Jahr, darnach in dem neuen und ſechzigſten Jahre, an den achten Tage Epiphaniae.

Aus der Gumbliſchen Urkundenſammlung Manuscript III, 3. S. 112.

XLVI. Erzbifchof Peter beſtätigt die Stadt Burg, am 7. März 1372.

Wir Peter, von gots gnaden vnd des ſtoles zcu Rome Ertzebyſchoff des heyligen gotzhufes zcu Magdeburg, Bekennen —, das wir vnſir lieben getruwen die Burgere gemeynlichen vnſir vnd des ergenanten gotzhufes zcu Meydeburg Stad zcu Borch lazen wollen by allen iren rechten, de ſe von Alder her gebracht haben vnde dje ſie myt vnſir vorfaren ſeliger gedechtniſſe Ertzebyſchoffen vnde auch des Capittels bryuen zcu Meydeburg redelichen mugen bewyſen. Mit orkunde diſſes briues mit vnſem anhangendem ingefigele beſigelt, geben zcu Borch nach Chriſti gebort drützen hundert Jar jn dem zwei vnd Sybentzigſtem Jare, An dem Sontage Lätare ia der vaſten.

Nach dem Originale des Stadtarchives zu Burg Nr. 29.

XLVII. Biſchof Dieterich von Brandenburg unirt die Kirche des wüſten Dorfes Blumenthal bei Burg mit einem Altare zu Burg, am 3. Februar 1381.

Thidericus, Dei et Apoſtolicae ſedis gratia Epifcopus Brandenburgentiſis, ad Univerſorum et ſingulorum tam praefentium quam futurorum notitiam volumus devenire: Quod conſtitutus coram Nobis honorabilis Vir Dn. Johannes Bere, Plebanus in oppido Borch noſtrae Dioceſis, Patronus Altaris Beati Johannis Evangeliftae ſiti in Eccleſia ſancte Marie dicti oppidi Borch, Quasdam literas, unam videlicet, Reverendiſſimi in Chriſto Patris et Domini noſtri, Domini Petri Archi-Epiſcopi Magdeburgentiſis, ejus vero ſigillo ſigillatam, aliam ſtrenuorum Famulorum Gevehardi et Hildebrandi, fratrum dictorum de Plote, nobis praefentavit, Quarum literarum tenor de verbo ad verbum ſequitur et eſt talis.

Petrus, Dei et Apoſtolice Sedis gratia Sancte Magdeburgentiſis Eccleſie Archi-Epiſcopus, Germanie Primas, Reverendo in Chriſto Patri et Domino, Domino Theodorico, Epifcopo Bran-

denburg. salutem in Domino: Ut Ecclesiam in villa deserta Blumendal prope nostrum Oppidum Borg ad Altare sancti Johannis Evangeliste in eodem oppido Borch vestrae Dioecoesis sitam, cujus Jus presentandi ad Dominum Plebanum dicti oppidi Borch dinoscitur pertinere, propter salutem Animarum Corporum in cimiterio ecclesiae dictae villae Blumendal sepulcorum, vestra auctoritate ordinaria unire poteritis, ut ipsius altaris et Ecclesiae unus et idem sit Rector, itaque quod praefatus Plebanus quotiens ipsum Altare Rectore vacare contigerit, ad ipsum Altare et Ecclesiam tanquam ad unum beneficium personam idoneam valeat presentare, quatenus memoria predictarum salubrius habeatur animarum, nostrum presentibus consensum adhibemus. Datum Halle, Anno Domini Millesimo trecentesimo octuagesimo primo, die Dominico infra octavas Nativitatis Christi, nostro sub sigillo presentibus in evidens testimonium appenso.

Reverendo in Christo Patri ac Domino Domino Theodorico Episcopo Brandenburg. Gevehardus et Hildebrand, Fratres dicti de Plote, servitium omni cum honore. Utecclesiam Blumendal prope oppidum Borg, cujus Jus presentandi ad nos dinoscitur pertinere, ad Altare beati Johannis Evangelistae in eodem oppido Borg vestre Dioecoesis sitam, cujus Jus presentandi ad Dominum Plebanum dicti oppidi Borg pertinet, propter salutem Animarum Corporum in cimiterio Ecclesiae dicte ville Blumendal sepulcorum vestra auctoritate ordinaria unire poteritis, ut ipsius Altaris et Ecclesiae unus et idem sit Rector, itaque quod praefatus Plebanus, quotiens ipsum Altare Rectore vacare contigerit, ad ipsum Altare et Ecclesiam tanquam ad unum Beneficium personam idoneam valeat presentare, quatenus memoria predictarum salubrius habeatur Animarum, nostrum consensum adhibemus per presentes, Datum anno Domini Millesimo trecentesimo octuagesimo primo, feria tertia infra octavas Epiphaniae Domini, nostris sub sigillis praesentibus affixis.

Post quarum igitur literarum praesentationem et lectionem praefatus Dominus Johannes Bere, Patronus Altaris praefati, nobis humiliter supplicavit, quatenus ad executionem earundem literarum procedere, et alias prout ex nostro officio possumus hujusmodi unionem facere dignaremur. Nos igitur cum Capitulo Ecclesiae nostrae Brandenburg. habito super praemissis diligenti tractatu et ejusdem accedente consensu, considerantes ex dicta unione, salutem et refrigerium Animarum in dicta Ecclesia et ejus Cymeterio quiescentium provenire, et inopiam Rectoris Altaris praefati qui pro tempore fuerit, releuari, praefatam Ecclesiam deserte Ville Blumendal cum omnibus juribus, decimis, fructibus, redditibus et proventibus ac emolumentis quibuscunque et pertinentiis univertis ad eandem nunc et in futurum pertinentibus, nec non Jus Patronatus ejusdem Ecclesiae praefato altari auctoritate nostra, qua fungimur, unimus et annectimus, statuantes et ordinantes, ut deinceps dictum Altare in Ecclesia praefata unum sit beneficium, atque quod dicti Altaris et Ecclesiae unus et idem debeat esse Rector, nec non quocienscunque quomodocunque et quandocunque idem Altare vacare contingat, ad ipsum et ad Ecclesiam praefatam tanquam ad unum beneficium per praefatum Dominum Johannem vel quemcunque Plebanum in Borg, qui pro tempore fuerit, Persona idonea pro institutione Canonica recipienda nobis vel nostris successoribus debeat presentari, praefatam Ecclesiam, ut premititur unitam et annexam Domino Theodorico, videlicet nunc saepedicti altaris Rectori committentes, Juribus nostris, nobis et successoribus nostris ac aliis Praelatis nobis subditis manentibus salvis. In cujus rei evidens Testimonium presentem literam nostro sigillo nec non sigillo honorabilis Viri Henzonis, nostrae Ecclesiae Prepositi, et sigilli nostri Capituli dedimus communitam. Datum Seyeser, Anno Domini Millesimo tricentesimo octuagesimo primo, die Beati Blasii martyris.

Aus dem ältern Copialbuche des Domcapitels zu Brandenburg.